Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8209
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Cum sepulchro in quadam urbe gethim
victo dimidiat q est in 2o miliario sepho-
rim in itinere quo pergit tyberiade &c
Incipit Jonas propheta Et factum est verbum dni
ad Jonam filium amathi dicens Surge et
vade in Niniven ciuitatem grandem et predica
in ea quia ascendit malicia eorum coram me
Et surgens Jonas ut fugeret in tharsis a
facie dni Et descendit in Joppen et inuenit
nauem euntem in tharsis et dedit mercedem
eius et descendit in eam ut iret cum eis in
tharsis a facie dni Dnus autem misit ventum
magnum in mare Et factus est tempe-
stas magna in mari et nauis periclitabatur
confringi et timuerunt nauite et clamauerunt viri ad
deum suum et miserunt ea que erant in na-
uigio in mare ut allenuiarent ab eis Jo-
nas descendit ad interiora nauis et dorme-
bat sopore grauati et accessit ad eum gu-
bernator et dixit ei Quid tu sopore depa-
ris surge et uocem deum tuum si forte
recogitet deus de nobis et non peribimus Et dixerunt
ad collegas suos Venite et mittamus sortes
et sciamus cuius propter nos malum sit et miserunt
sortes et cecidit sors super Jonam Et dixerunt
ad eum indica nobis cuius propter nos malum istud nobis
sit Quid est opus tuum qua terra tua et quo uadis